



Hvmanae Salvts Monvmenta

Arias Montano, Benito

Antverpiae, [1571?]

In tabulam Tentationis. Ode Dicolas Distrophos XLV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68924](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68924)

In tabulam Tentationis.

ODE DICOLOS DISTROPHOS XLV.

SYLVIS in mediis agmina cælitum
Cernebam famulas ad properantium
Exercere vices lataqz floridis

Mensis fercula ponere.

Dumqz ipse insoliti contremo muneris
Spectator ardens discere , maxime
Causam latitiae , cuiqz decus noue

Cœna præniteat , rogo:

Vnus pennigerum de iuuenum choro ,
Scitanti hæc alacri pectore reddidit ,
Cui mox tota cohors per inga montium

Blandis accinuit modis:

Hic index superum maximus excipit
Natum Nazaridos virginis , & suum ,
Quem nunc tereminis gloria frondibus
Victorem decorat sacrum.

Hunc nec longa fames , tesaqua nec aspera
Monstrorum horrificis densa cubilibus ,
Non horror gelida noctis amabili

Intentum alloquio ad patrem

Turbauit : sed & hic sustinuit volens
Vsque iniuncto animo prælia , quæ ferox
Tentator solitis artibus , ac dolis

Audaci intulit impetu:

Qui partem superum traxerat insolens
Fallaci studio precipui loci ,
Cui primos homines seclaqz postera

Vnum subdiderat nefas.

Nunc vietus in plenis pondere prælij
Vertit terga gemens , armqz & omnibus
Post hac discipulis expositas vias

Vincendi dölet improbus.

SCR

SCRIPTVRAR. UTILITAS.

Legitimè certare queas, & viceris hostem
Instructus verbis consiliisq; Dei.



CHRISTO DUCI INVICTISS. S.

In